



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt comites & iudices pro iudicio munera non accipiant. ii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

# D. Burchardi

## ECCLESIAE VVORMACI- ensis Episcopi, de Accusatoribus & Testibus, Decretorū Liber XVI.

### ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc qualis iudex, accusatores, & testes esse debeāt, docetur, quæque poenitentia sit iudicibus qui ad gratiam iudicant, calumniatoribus, & falsis testibus, iniungenda.

*De rectoribus Ecclesiarum, ne præcipites sint in di-  
standis sententis. Cap. I.*

Immo præcauere debent rectores Ec-  
clesiarū, & qui publica iudicia exercēt, vt in  
diſtandis ſententiis nullatenus leuitate, aut  
furore ducti, ſint præcipites, ſed cauſis prius  
diligenter ventilatis, cū res quæ ignorabatur  
pleniter ad notiā venerit, tunc diuina & humana lex re-  
ſoluatur, & ſecundū quod ibi conſtitutum eſt, remota per-  
ſonarū acceptione, definitiua proferatur ſentētia. Hinc eſt  
quod Moſes querelas populi ſemper ad dominū, taberna-  
culū ingreſſus, referebat, & iuxta quod domin⁹ imperabat,  
iudicia proponebat: nimirū nos inſtituens, vt non ex cor-  
de noſtro, ſed ex præcepto diuino, condemnationis vel iu-  
ſtificationis ſententiā proferamus.

*Vi comites & iudices pro iudicio munera non ac-  
cipiant. Cap. II.*

Comitibus verò & iudicibus hoc ſummopere cauē-  
dum eſt, vt iuſtè iudicent, & nequaquam in iudicio  
munera ſeu perſonas accipiant, dicente domino; Non ac-  
cipias perſonam nec munera: quia mēnera excæcant oculoſ  
ſapientium, & mutant verba iuſtorum: ſed miniſtros,

*Ex diſtis  
Gre. pa-  
pe.*

*Ex cōcil.  
Cabillon.  
cap. 21.*



D. BYRCHARDI EPIS. VVORMAC.

quos vicarios, & ceterarios vocant, iustos habere debent, ne forte eorum auaritia aut rapacitate populus grauetur, & amissis facultatibus in paupertatem redigatur. Tales vero probatissimi & pauci, de pluribus esse debent, talis de quorum fide non dubitetur. Multum autem prauidetur testium, cupiditate & falsitate respublica laeditur.

*De illis qui crimen obiecerint, & verum non probauerint. Caput III.*

*Ex conc. Arausico. cap. 4.* **Q**ui crimen obiicit, sciat se probaturum, & ubi causa terminetur, ubi crimen admittitur, & non probauerit quod obiecit, poenam quam tulerit, ipse patiatur.

*Quales ad testimonium accedere debeant. Caput IIII.*

*Ex conc. apud Theodonis villa habito. cap. 3.* **H**omicidae, malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos, magos, & cucumarios, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium admittendi.

*Ne innocens pernicie accusantium maculetur. Caput V.*

*Ex decre. Felici pa. ca. 15.* **D**ignum est ut vita innocentis non maculetur pernicie accusantium, adeo, ut qui quis a quolibet accusatur, non ante accusatus supplicio deputetur, quam accusator praesentetur, atque ut & canonum sententia exquiratur: ut si indigna ad accusandum persona inuenitur, ad eius accusationem non iudicetur.

*Ut nullus describatur reus, priusquam conuincatur. Caput VI.*

*Ex decre. Adriani pa. ca. 2.* **I**udex criminis discutiens, non ante sententiam proferat finitiuam quam aut reus ipse confiteatur, aut testes idoneos conuincatur.

*Ut presbyteri suos parochianos in synodo accusare debeant. Caput VII.*

*Ex conc. Moguti, cap. 6.* **I**n sancto concilio decretum est, ut presbyteri suos parochianos, & accusare, & testimoniare possint, si negligenter, sui gradus periculo subiacebunt.